



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XV. De Honorariis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Cald. Pereira in l. securatorem, verb. cum non absimilis. num. 10. C. de integr. restit. minor. Brunor. à Sole in locis communib. verb. honor. numer. 4. Surdus decif. 89. num. 21. Mar. Anton. var. resol. lib. 3. resol. 21. num. 2. [adeo ut crudelis esse dicatur, qui famam suam negligit. cap. non sunt audiendi § 6. 11. quest. 3. cap. nolo. 10. 12. quest. 1. & mortem potius perferre, quam honorem perdere. Luc. de Penn. in l. 1. quest. 1. cap. civ. cens. exim. lib. 4. Neviz. sylv. nupt. lib. 1. num. 24. Socin. jun. conf. 38. num. 40. vol. 1. Cravett. conf. 168. num. 3. Unde sicut homicidium, pro defensione commissum, impunitum est, l. scientiam 45. §. qui cum aliter 4. ff. ad Leg. Aquil. cap. si quis hominem. de pac. ten. 2. feud. 28. Dd. in d. l. ut vim. de l. & l. ita etiam impunitum censeri debet ratione defensionis honoris. Vult. 1. conf. Marp. 29. num. 6. siquidem naturaliter homo honorem appetit. Speculat. in tit. de citat. §. jam de citatione. vers. porro. Hinc est quod notat pulchrè Johan. Andr. in cap. si religiosus. super gl. in vers. obtenta. de Elect. in 6. quod dictio honor scribatur cum aspiratione ex eo, quod omnes ad honores aspirant, secus in dictione onus, quia nullus aspirat. Bertazol. 1. consult. decif. 42. num. 7. Hyppolit. Riminald. conf. 5. num. 98. 99. & 234. num. 18. Honorem igitur suum nemo pati debet, à quoquam sibi imminui. Fichard. lib. 1. conf. 77. num. 6. qui ordinem turbare & honorem nostrum prapripere vellet, contra eum agere possumus officio iudicis, ut nobis cedant, juxta Johannem Fabr. in §. alium verò insit. de honor. possess. quem sequitur ibidem Angel. sed & actione injuriarum, vel si res exigat, possumus resistere, de facto manu armata, secundum Baldum in l. observare. §. antequam vero. ff. de offic. Procons.]

XXI.

HONOR patris est gloria filii, Federic. de Senis consil. 185. num. 2. vers. ex hoc, quem refert Cardinalis Tuschus praecl. conclus. tom. 4. lit. G. conclus. 32.

CAP. XV.

De Honorariis.

Honorarium non impedit, quo minus negotium gratis celebratum videatur: unde est, quod contractibus gratuitis remuneratio rectè accedat, ut commodato, deposito. Treutl. 1. disp. 26. thes. 1. lit. e. & l. 2. §. 24. de vi bon. rapt. Mandato. Treutl. 1. disp. 27. thes. 1. lit. e. & l. 6. Mand. Aliud enim est merces, aliud honorarium. Merces est pretium quoddam, l. ult. §. ult. ad Leg. Rhod. de jact. hoc verò honoris causa tri-

buitur. l. 1. §. 1. ibi: Honorarium ad remunerandum datur. si mens. fals. mod. Hinc mercedem de factis locari solitis; honorarium de factis locari non solitis sumi observavit Bachov. 1. disp. 27. thes. 1. lit. E.

CAP. XVI.
De Hospite, Hospitatione.

Axioma I.

Turpis ejicitur, quàm non admittitur hospes. Versiculus hic probatur in cap. quemadmodum 25. de jurejur. ubi Innocentius III. hoc dictorio utitur, quod mulier facilius ante nuptias, quàm post nuptias celebratas possit repudiari, eodemque utitur Vivianus in mitionibus ad cap. antecedens 24. de Accusation. Berlich. 2. decif. 299. numero 32. ubi v. Schaeffer. p. 3. q. 49. numero 21.

II.

Milites hospitandi in urbibus vel suburbis, ubi eorum insolentia facilius coerceri potest, non in pagis locandi sunt, ne rustici agros colere per eos impediuntur, l. 7. C. de metat. Perez. ibid. n. 4.

III.

Nuda hospitatio militibus prabenda, nec quicquam ab eis, imò nec balneum ab hospite petere, nec à sponte offerentibus quid accipere possunt. l. 5. 6. C. de Metat. Perez. ibid. n. 5. 6. Exorquentes quid graviter puniendi ibid. n. 13.

IV.

Milites moderatè adibus hospitatoriis uti debent, non dominum propriam domus suae commoditate privare. l. 6. §. 5. de offic. praesid. sed tantum tertiam domus parte frui, relicta domino Electione; Illustribus tamen dimidia pars concedenda, l. 2. C. de Metat. Perez. ibid. n. 7.

V.

Cives pecunià hospitacionem militarem redimere possunt, quò casu tamen miles alibi hospitium exigere nequit. l. 9. C. de e. ibi Perez. n. 8. 9. & qui sustinet Hospitationem militarem, immunis est à pensatione pecuniae, quae Servis vocatur. Mev. P. 6. dec. 169.

VI.

Hospitatio militum tam locatoris quàm conductoris onus esse creditur, si non appareat, quò intuitu indictio fiat. Mev. P. 2. dec. 90. n. 9.

VII.

Hospitationis onere praegravatus an refusionem à Civitate exigere possit, vid. Mev. P. 6. Decif. 171.

CAP. XVII.

De Hostenditiis.

Hostenditiæ vox juxta Freherum in Comment. ad Constit. Carol. III. dicti Crassi & Loccenii explicat. voc. feud. est merè & verè Teutonice *Dosten* & *Dienst* / quasi aus dem *Dienst* / i. e. servitium in exercitu vel pecunia quâ illud redimitur. Aliam Etymologiam affert Struv. in Synonym. Jur. Feud. p. 412. & dicuntur adjutorium, quod faciunt dominis Romani cum Rege in hostem (i. e. Exercitum) pergentibus Vassalli, qui cum